



Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44) 1) Sacro barto, Johannes de

Sphaericon opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain. X 74 295

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Maſſeris (nicht: Vitorius?)

De veritate et philoſophie

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain. 24942

Hain X 15929, BMB III S. 632

3. Tibullus, Albinus:

Ec. 8

Elegia de amore et lani Eximio Messalae

BMB  
III,  
S. 623

(= 46)

Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 S. 27

NICOLAO MAIO

ELEGANTIS INGENII

PUERO, IONÆ MAII CIVIS

Heilprunnensis filio,

Cum summam spem de se mortalibus fecisset

Præmatura morte ex apostemate splenis  
& recidiva febrili extincto die XX.

VIIIbris Anno cl. Is. IIC. ul-


timi & officii &

honoris

*ergo*

Posuerunt

Cognati & Amici.



CASSELLIS

Excudebat Wilhelmus Wesselius, Anno 98.

NICOLAUS MAIUS

INSTITVTIONVM

ARITHMETICARVM

LIBRVS PRIMVS

DE NUMERIS

IN GENERALI

ARITHMETICA

DE NUMERIS

IN SPECIE

ARITHMETICIS

DE NUMERIS

IN ARITHMETICA

10





Um propero Hassiacam, Majos visurus, in urbem

Qua docto claret Principe MAURICIO:

Et puerum ingenio felicem, ex fratre nepotem

Adfero, qui Phœbum Pieridasq, colat:

Ecce meam fallit spes sors adversa, mihiq,

Invidet ingenis Parca inimica bonis.

Conatusq, meos inhibet, puerog, fugacis

Ante diem vite fila tenella secat.

Signa quidem dantur certa prænuncia mortis

A puero quæ sunt post recitata mihi:

Sed mihi cum fuerint suppressa tacente ministro,

Susceptum currus continuavit iter.

Donec eo tandem fatali Numine fracto,

Infelix hic me sistere Parca jubet.

Augetur pueri morbus, tremor occupat artus,

Ardentis redeunt pristina signa febris.

Implorans operam Medicorum tristis anhelat

Immiscens lacrymis vota precesq, meis.

Sed visum est aliter Domino: spes nulla salutis

In Medica restat qua relevetur ope.

Ergo preces iterum repeto, pueriq, latinis

Quas recitat psalmis, jungo iterog, meos.

Interea adventant Cassellis sanguine juncti

Ut me solentur, consilioq, juvent.

Sed cum firma Dei maneat sententia, longè

Prævidet humanis quæ potiora bonis,

Me Pietas animo tandem vult esse quieto,

Gratari & puero cœlica regna jubet.

Et puer ipse videns se Cali sede locandum

Istic ut fundat carmina grata DEO:

Terra vale, dixit, Cœlorum Academia salve,

Quæ studiis reddes premia digna meis:

Nulla salus terris, torqueri est vivere mundo,

Si morior, Domino, sat mihi, si morior.

\* 2

Ergo

*Ergo tibi hanc animam reddo Dulcissime Iesu,  
Tu mihi Salvator tu mihi Frater eris.  
Tu caput es, membrum tibi sum de corpore sumptum  
Christe tuo, vitis tu mihi, palmes ego.  
Hac ubi dicta: preces inter lacrymasq; suorum  
Lychni instar placida morte solutus obit.  
Sic, fugit Octobris dum lux vigesima, Christe  
Depositum dederas quod mihi, reddo tibi.  
Donec ad eterni nos jungas tempora Maij  
Iusticia ut Solem, te videamus, amen.*

Faciebat inter lachrymas M. Nicolaus  
Majus Germenrodæ in HASSIA  
ad radices Meifsneri 20.  
Octob: Anno 98.

Aliud.



Maje puer medios Musarum ut pergis in  
hortos  
Aonio cupiens fonte levare sitim.  
En rescant Parcæ vernantia lilia vitæ,  
Cor juvenile tuum rumpitur heu subitò.  
Ast tibi pro vita cœlestia regna fugaci  
Panduntur veræ & fers pietatis opes.  
Qui patiens fueras victo nunc orbe triumphas  
Et datur æterna jam tibi luce frui.  
Hac tibi parta quies, Deus hac pulcerrima merces  
Perpetuumq; virens ver pie Maje subis.

*Iohannes Gravius D.*

De

Defunctus ad parentes.



UId tum ; si nec care parens, nec tu mea mater  
( Qui procul ad claras Nicri habitatis aquas )  
Supremos cineri coram exhibuistis honores,  
Nec maduit vestris urna mea à lacrymis.  
Nil refert. fletus etiamnum sistite, vobis  
Venerit ut mortis nuncia fama mea  
Nil animæ quodcumq; solum, nil ex terra terra  
Derogat, est eadem patria quæq; piis.  
Pariter ad cælum, nec ab hoc magis Hassia distat  
Quam quæ me genuit patria, Suevus ager.  
Sat mihi prospectum, terra sum redditus ex qua  
Sumptus eram, rediit spiritus ad Dominum  
Qui me parte mei quondam conjunget utraq;  
ILLA DIES quando singula restituet.  
Interea hanc requiem mihi vos donate parentes  
Diciteq;: Eternùm Nicoleos valeat.

L. Majus.

AD CL. V. NICOLAUM MA-  
JUM I. C. ad finem meum colendum.



AI, dum celeras per montes Cattidos  
hospes;  
MAI, Pieridum cultor amice gregis.  
At de fratre nepos florentib<sup>9</sup> integer annis  
Occubuit juvenis Cattide Maj<sup>9</sup> humo.  
\* 3 Ipse

Ipse quidem, cui nunc galeam, sed & Ægida Pallas,  
Exhibuitq; Clari dexter Apollo scyphum.  
Dignus ob ista, Duci quoq; commendari Hessio,  
Quâ Schola synceris artibus aucta viret.  
Discimus, hospitio, MAI, ceu simus in orbe  
Terrarum, & sedes, nullibi certa, solo,  
Vidimus ætatiq; minus quoq; parcere Parcas,  
Sed rapere æquali conditione pares.  
Quid superest? cælo sedes æterna petatur,  
Hæc, ubi nil Parcæ juris habetur, erit.

*Hermannus Fabronius. P. C.  
gymnasti Cassiliensis  
Corrector.*

### Aliud.


**H**Ac situs est urnâ scitus puer, improba  
Morta,  
Cui vitam in cursu dissecuit medio,  
Vixdum natus erat bis senos plus minus  
annos,  
Et linguam Grajam doctus & Ausoniam,  
Fundebat liquidum tenero de pectore carmen,  
Daulias argutum quale susurrat avis.  
Pulcrior, auricomo quam cum radiante capillo  
Luna caput spissis exerit è nebulis  
Quiq; Iovi pleno fundebat flumine nectar  
Per cœli medios alite vectus agros.

At

At nunc ceu paries nimbo stillante laborat,  
Sic fluida toto corpore tabet aqua.  
Eheu nos miseros, quam totus homuncio nil est,  
Quam nihil est vitâ vilius & levius,  
Nunc odor & fœtor, cras lurida mortis imago,  
Cumq; redit messis tertia, forte nihil.  
O juvenes fastus tumidos deponite, nam quod  
Evenit huic, forsan cras mihi, crasq; tibi est.

Arnoldus Clapmarius.






Fa 1388,  
80

Ink.

*[Handwritten signature]*





AO MAIO  
TIS INGENII  
NÆ MAII CIVIS  
unnensis filio,  
m spem de se mor-  
ous fecisset  
e ex apostemate splenis  
tuli extincto die XX.  
ano cl. Is. IIC. ul-  
& officii &  
honoris  
*ergo*  
Posuerunt  
ti & Amici.  
SSELLIS  
mus Wesselius, Anno 98.

40

